Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

difficulter possit interimi etiam va
lidissimis ictibus. caput habet ut bu
fo. caudam ut scorpio. vocem de
bilem. ovat ad instar galline sed o
va eius nociva ad comedendum.
veneno interim caret. sed nequaquam
post mortem. Ut enim dicit ambrosius
cineres illius si quis calcaverit nudo
pede post mortem statim inficiatur.
Cortula femina ut dicit aristotiles
non habet nisi unam viam. exitus
superfluitatis quamvis habet vesicam
habet ergo vesicam contra omnium
animalium naturas. que habent plu
mas vel squamas. vel corticem. quia
ista omnia non habent vesicam. De
Tarans serpens Tarante.
est ut dicit plinius. de genere
scorpionum. parvus est pennas habet
volatilis est et preciosus. nam quem
cumque pupugerit moritur. nisi ei
subveniatur triaca. vel remediis
medicine. Hoc plerumque habet
ytalia. sed innocuos multociens.
oriens autem habet multos. sed sem
per venenosos. Vivit plerumque
.xx. diebus. et amplius sine cibo.
et putrefactus in oleo. est ipsum
oleum remedium contra venena
et puncturas tarantis. De tyro.
Tyrus serpens est in montibus
paduanis. vii. pedes habens in
longitudine. gracilis tamen in initio
et grossior in posterioribus quam in an
terioribus. nullis nocet nisi irritetur vel infe
stetur. Carnes eius putrefacte in
cibum et potum dantur contra lepram
et habent frequenter efficacissimum re
medium. De Tyro.
Tyrus ut dicit iacobus et liber
rerum. serpens est in partibus iericho.
contra solitudinem iordanis. est
autem serpens infestus. avibus et
animalibus et maxime ovis avium
que utique cum ipsis ovis comedit.
et transglutit cuius carnes confecte
quasi electuarium. cum quibusdam
que admiscentur ei venenum extra
dicatur. Hec confectio triaca dicitur.
Ferunt non nulli hunc ante passio
nem christi nullum habuisse remedium.
et infestum maxime fuisse hominibus.
contigisse autem ipsa die qua christus in
cruce suspensus est unum ex hiis serpen
tibus infestissimum. circa partes ierosolim
itanas comprehensum ad latus christi in cruce su
spensum. et ex illa die omne genus
ipsius serpentis suscepisse virtutem
in effusione sanguinis christi. remedi
um efficacissimum contra omne
venenum quod dicitur tyriacon michi valet.
Vipera ut De Vipera.
dicunt Iacobus et ysidorus.
serpens est sic dicta eo quod vi pariat.
cuius natura traditur. quod pater in
conceptione moritur. mater vero in
partu necatur. Voluptate enim li
bidinis femina quasi in insaniam
versa caput maris ore receptum pre
stringit et scindit. cum autem ad par
tum venter intumuerit catuli non
expectantes maturam nature solu
cionem corrosis eius lateribus cum ma
tris interitu erumpunt. caninos
tamen habent loco aurium. tres tamen dentes
morsus eius irremediabilis dicitur.
tumorem quoque et inflacionem inducit.
quod utique sciebant illi qui cum
paulo mare enavigaverunt. et vipera in
vadente manum pauli. cum crede